

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

1 Vos tenet, Etruscis manat quae fontibus unda,
2 unda sub aestivom non adeunda Canem,
3 nunc autem sacris Baiarum proxima lymphis,
4 cum se purpureo vere remittit humus.
5 at mihi Persephone nigram denuntiat horam:
6 inmerito iuveni parce nocere, dea.
7 non ego temptavi nulli temeranda virorum
8 audax laudandae sacra docere deae,
9 nec mea mortiferis infecit pocula sucis
10 dextera nec cuiquam trita venena dedit,
11 nec nos sacrilegi templis amovimus aegros,
12 nec cor sollicitant facta nefanda meum,
13 nec nos insanae meditantes iurgia mentis
14 in pia in adversos solvimus ora deos,
15 et nondum cani nigros laesere capillos,
16 nec venit tardo curva senecta pede.
17 natalem primo nostrum videre parentes,
18 cum cecidit fato consul uterque pari.
19 quid fraudare iuvat vitem crescentibus uvis
20 et modo nata mala vellere poma manu?
21 parcite, pallentes undas quicumque tenetis
22 duraque sortiti tertia regna dei.
23 Elysios olim liceat cognoscere campos
24 Lethaeamque ratem Cimmeriosque lacus,
25 cum mea rugosa pallebunt ora senecta
26 et referam pueris tempora prisca senex.
27 atque utinam vano nequiquam terrear aestu,
28 languent ter quinos sed mea membra dies.
29 at vobis Tuscae celebrantur numina lymphae,
30 et facilis lenta pellitur unda manu.

(Es folgen noch 4 Verse.)

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Autor, Stelle, Versmaß
2. Von welcher Göttin ist in *Vers 7/8* die Rede?
3. Literarhistorische Anmerkung zu *Vers 17/18*
4. Aufbau und Gedankengang des Gedichtes